




PROJECT MUSE®

---

Frederick J. Booth

Corey Martin, Nathan Mastropaolo, Robert Santucci, Erik Shell, Judith P. Hallett



Classical World, Volume 109, Number 4, Summer 2016, p. 549 (Article)

Published by Johns Hopkins University Press

DOI: [10.1353/clw.2016.0062](https://doi.org/10.1353/clw.2016.0062)

➔ For additional information about this article

<https://muse.jhu.edu/article/628833>

## Frederick J. Booth

Canamus virum insignem non solum pietate<sup>1</sup> benignitateque sed etiam amore totius mundi classici, praesertim scriptorum Latinorum, novorum et antiquorum, atque operum recentiorum quae recreant scripta antiquitatis classicae in lingua Latina ipsa et aliis hodiernis linguis. Universitas quam sol iustitiae illuminat (etiam in occidente)<sup>2</sup>, ad ripas fluminis magni facti carmine, ei contulit gradus et Baccalaurei Artium et Doctoris Philosophiae. Diligentia studioque civitatem hortorum, quam eum fovit et aluit, alit apud universitatem promoventem periculis contemptis.<sup>3</sup> Quamquam nonnullos annos vixit et laboravit sub regno Domini celeberrimi, ut praeses societatis nostrae non repressit, non imperavit, non coercuit, sed duxit liberalissime humanissimeque. Plaudamus igitur Frederick Booth.

COREY MARTIN  
NATHAN MASTROPAOLO  
ROBERT SANTUCCI  
ERIK SHELL  
JUDITH P. HALLETT  
University of Maryland, College Park

*Let us sing of a colleague distinguished not only for his devotion to our field and his kindness to all, but also for the love he displays for the entire classical world, particularly writings in classical and neo-Latin, and later works which re-create writings from classical antiquity in the Latin language itself and in other modern languages. On the banks of the fabled Raritan River, at Rutgers University, he earned his B.A. and Ph.D. With enviable effort and enthusiasm he has fostered learning in the state that nurtured and fostered him, at Seton Hall University. Although he has long lived and toiled in New Jersey, home of a singer-songwriter renowned for his commanding ways, as president of our organization he did not control, he did not rule, he did not boss, but led most generously and humanely. Let us thus applaud Frederick J. Booth.*

---

<sup>1</sup> Vergil, *Aeneid* 1.10: *insignem pietate virum*

<sup>2</sup> *Sol iustitiae et occidentem illustra*: motto of Rutgers University

<sup>3</sup> Hazard Zet Forward (“Despite hazards, move forward”): Norman French motto of Seton Hall University




PROJECT MUSE®

---

## Linda Fabrizio

Noah Cogan, Allison Goldstein-Berger, Emily Mohr, Matthew Moore, Bryan Hallett, Judith P Hallett



Classical World, Volume 109, Number 4, Summer 2016, pp. 551-552 (Article)

Published by Johns Hopkins University Press  
DOI: 10.1353/clw.2016.0041

➔ For additional information about this article  
<https://muse.jhu.edu/article/628834>

## Linda Fabrizio

Hodie celebramus feminam latissime laudatam propter naturam animamque suavissimam, propter amorem praevalidum discipulorum discipularumque, et propter maximam auctoritatem apud collegas in excelsiore regione.<sup>1</sup> Gradus Baccalaureae et Magistrae Artium apud Universitatem testudinis timendae<sup>2</sup> adeptam, multa lustra locupletavit societatem classicam imperialis civitatis ducendo docendoque, ex fontibus salubribus oppidi celerrimis equis illustris ad oras maritimas arenosas insulae longae, nuper tempestatibus iactatas. Studiosissima discendi, commeavit ad multa loca—terram in partes tres divisam, domum ultimorum Britannorum, patriam Romanae gentis; urbem praepotentem sed sine suffragio, sedem coronatam scuto bonae voluntatis<sup>3</sup>, fines duorum nominum bis dictorum—ut suam artem coleret, sicut decuit fabricatorem. Fabricavit quoque maternum patrimonium pretiosissimum, progeniem consecratam praeciipiendae linguae Latinae. Plaudamus igitur Linda Fabrizio.

NOAH COGAN

ALLISON GOLDSTEIN-BERGER

EMILY MOHR

MATTHEW MOORE

BRYAN TOTH

JUDITH P HALLETT

University of Maryland, College Park

*Today we celebrate a woman widely praised for her sweet disposition and personality, for the strong affection she feels for her students and they for her, and for the high authority accorded her by her fellow Latin teachers in New York State. Having earned her B.A. and M.A. degrees at the University of Maryland, College Park, for many years she has enriched the Classical Association of the Empire State by her leadership*

---

<sup>1</sup> *Excelsior*: Motto of New York State

<sup>2</sup> The University of Maryland, College Park, has adopted “Fear the Turtle” as a new motto.

<sup>3</sup> *Scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos*, Latin motto of Maryland.

*and by her pedagogical achievements, at schools from Saratoga Springs to the shores of Long Island, recently storm-tossed by Hurricane Sandy. A voracious learner, she has travelled in France, England, and Italy and labored in Washington, DC, Maryland and New York, in order to perfect her craft, as befits her name. She has also crafted a priceless maternal legacy, a daughter dedicated to Latin teaching. Let us thus applaud Linda Fabrizio.*




PROJECT MUSE®

---

## William Klingshirn

Thomas Bunting, Talia Chicherio, Christopher Manners, Mark Weadon, Judith P. Hallett



Classical World, Volume 109, Number 4, Summer 2016, pp. 553-554 (Article)

Published by Johns Hopkins University Press

DOI: [10.1353/clw.2016.0045](https://doi.org/10.1353/clw.2016.0045)

➔ For additional information about this article

<https://muse.jhu.edu/article/628835>

## William Klingshirn

Hodie honoramus collegam praeclarum egregiumque doctissimumque, fecundissimum cogitationibus scriptisque, cuius opera gravissima, monumenta aere perenniora,<sup>1</sup> nostrum intellectum de serioribus annis antiquitatis classicae transformaverunt. Alumnus urbis notabilis ob progressionem prosperitatemque,<sup>2</sup> adeptus gradum Baccalaurei Artium, summa cum laude, apud universitatem redigentem in memoriam verba augurantia signum victoria,<sup>3</sup> iter fecit ad illum fundum quo ventus libertatis aspirat ut gradus Magistri Artium Doctorisque Philosophiae mereretur.<sup>4</sup> Annos triginta docuit in urbe plena iustitiae omnibus,<sup>5</sup> apud universitatem colentem deum sicut lucem,<sup>6</sup> pariens inspiransque investigationes luculentas. Nostrae societati praesedit magna cum cura, multa cum reverentia, maxima plurimaque cum liberalitate laboris temporisque. Plaudamus igitur William Klingshirn.

THOMAS BUNTING  
TALIA CHICHERIO  
CHRISTOPHER MANNERS  
MARK WEADON  
JUDITH P. HALLETT

University of Maryland, College Park

*Today we honor a distinguished, outstanding, and most learned colleague, most prolific in ideas and publications, whose extremely important studies, bound to endure for generations, have drastically changed our understanding of late antiquity. A Cleveland native, after receiving his B.A. with highest distinction from the College of the Holy Cross, he travelled to Stanford University for his M.A. and Ph.D. degrees.*

---

<sup>1</sup> Horace, *Odes* 3.50, *exegi monumentum aere perennius*.

<sup>2</sup> Progress and Prosperity: motto of Cleveland.

<sup>3</sup> The seal of the College of the Holy Cross features an open book on which is written *in hoc signo vinces*.

<sup>4</sup> The motto of Stanford University, whose nickname is “the farm”, is the German phrase *die Luft der Freiheit weht* (“the wind of freedom blows”).

<sup>5</sup> *Iustitia Omnibus*: motto of Washington, DC.

<sup>6</sup> *Deus Lux Mea est*: motto of The Catholic University of America.

*For thirty years he has taught at the Catholic University of America in Washington, DC, producing and inspiring brilliant research. In serving as president of our association he evinced great sensitivity and much respect in dealing with others, and gave immense, boundless generosity of effort and time to its collegial management. Let us thus applaud William Klingshirn.*